



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Pecuniam reijcit. 52

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

maligna maritimam expeditionem moliretur: abstinere tamen haud potuit, quin perseveraret. Ita abire obstinato, circiter octo numos aureos amici in naulum obtulere. §2 Quibus ille, ceu temerè acceptis, mox sollicitari animum persentit: & arbitratus haud decere, ut quæ sita paupertas peculium haberet, eosdem occurrentibus in via mendiculis dispertit. Exinde cupidus ultimum rursum experiri, Venetias petit. In quo itinere nullis plerumque testis acceptus, sub dio decubare: adhæc obuij hominem ignotum, palloreque exanguem ac macie deformatum pro spectro fugere: & mortis simulacrum auersati, nusquam in comitatum admittere. Verùm ab humana consuetudine exclusum, non etiam cælestia deseruere. §3 Iam à fossa Claudia Patauium ibat, cum in aperto
quo